

bentibus praecipue difert, annulis impressis in medietate basale sitis, non tibias in partes quatuor sub-aequales dividendibus.

In Insula Goram (Moluccis) lecta a Clar. L. M. D'Albertis, ubi in *Pteropis* et forte aliis *Chiropteris* vivit.

Exemplaria observata in Museo Civico Januense extant.

*Gen. Nycteribia* LATR. et alior.

Pedes non distincte dilatato-compressi.

Tibiae haud circulariter impressae.

*Sp. 1. — N. Jenynsii* WESTW. KLNT. etc.

• Pallide ochraceo-flavescens, setis pectinibusque thoracis, et abdominis basi nigris: palpis longe setosis: oculis sessilibus, rotundatis, simplicibus: pedibus elongatis tenuibus, coxis anticis brevioribus, femoribus tibiisque paulo-compressis. Abdomine ovato, seriebus transversis setarum rigidarum notato, segmento ultimo laminis duabus elongatis, incurvis contiguis stiloque carnoso intermedio subtus terminato • WESTWOOD. — Habitat in China.

(NOTA). In exemplare observato tibiae setas duas longiores praebent satis distinctas, in figuris Kolenati et Macquartii ab illa Westwoodii desumptis, non observandas, sed nota ista tantum, quae facilius fortuita, et patria diversa, speciem distinctam indicare non credidi.

Specimen quod vidi in Museo Civico Januense adest, ex Insula Amboina procedens, ubi *Rhinolophi euryotis* parasitum.

*Sp. 2. — N. Ferrarii* n.

Testaceo-lutescens, abdomine late fusco, unguibus et pectinibus thoracis nigris.

*Pedes* pallidiores, exiles, sub-nudi, vix tiliarum setulae aliquae distinctiores: coxis anticis satis longis: femoribus omnibus ad medium circiter transversim impressis: tibiis haud circulariter sulcatis: metatarsis gracilibus, circiter longitudinem tiliarum aequantibus.

*Abdomen* segmentis basalibus forma ordinaria, breviter margini postico setulosis; apicale elongato, leve, et cauda longa, apici bifida terminato (in specimine observato) sub ventre incurvata:

isto ad basim segmenti ultimi apophisi longiuscula, sub-conica instructo.

Unicum exemplar Musei Civici Januensis vidi, prope Bata-viam, in Insula Java inventum a Cl. J. B. Ferrari, sed hospite in quo vivit non determinato.

*Sp.* 3. — **N. Bellardii** n. Long. mill. 2.

Luteo sub-testacea, pedibus pallidioribus, non dilatato-compressis.

*Coxae* etiam anticae non distincte elongatae: *femora* in parte basale transversim impressa, sub-nuda, vix versus apicem setulis aliquibus instructa: *tibiae* haud circulariter incisae, crebre pilosae, setulis exilibus sed distincte longioribus 3-4, basale majore: *tarsi* tibiis paulo breviores.

Exemplaria duo observavi Musei Prof. A. Bellardi, in Chiropteris non determinatis Americae meridionalis inventa.

## Fam. HIPPOBOSCIDAE, Lch.

*Gen.* **Liptena** NITZ.

*Sp.* 1. — **L. capreoli** RND. ♀. Long. mill. 3-3 1/4.

FAEM. Distinctissima est a *Lip. cervi* L. non solum statura fere duplo minore, sed praecipue oculorum forma, et abdominis pictura: nam *oculi* in nostra manifeste magis angustati praesertim postice, non ut in sp. Linneana ovato-sub-rotundati.

*Abdomen* vere totum sordide flavidum, vel pallide testaceum, vix basi sub-ferrugineum, non obscure brunneum. vittis tribus sordide albidis, transversis in dorso signatum.

Difert etiam a faemina sequenti *L. mazamae*, cui partim similis, prae caeteris, proboscide crassiuscula, modice elongata, et testaceo-rufa; et etiam pedibus longe, abdomineque breviter nigro setulosis.

Mas ignotus sed probabiliter ut in congenere *cervi* alatus.

In Insula Cypri lecta, sed hospite in quo vivit ignoto.

Coll. Pr. Bellardi.